



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XIX. sed multis purgatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

mini appellato postea inserta est; nec eas sine anima homo, quae post exilium anime cadaver inserbitur. A His Hæreticis assensus est Origenes, & post Origenem Anobius libr. 2. adv. Gent. *Quid enim sumus homines, inquit, nisi anima corporibus clausæ?* & multo post Hugo à Sancto Vito, *Hugo lib. 1. De Sacram. fidei, part. 1. cap. 12.* cum probare velleret toto illo triduo quo Christus jacuit in sepulchro Verbum hominem fuisse: hac enim ratione tuitur, sola anima confitare hominem, anima autem Christi à corpore disjuncta adhaesere Verbum, Verbum igitur nihil minus fuisse hominem, quam dum anima corpori esset connexa. Denique opinionem eamdem tuitus est proavorum nostrorum memoria Franciscus Georgius Tom. 1. Probl. 26, 27.

XVII. Credita illa & asserta ab Origene animarum esse partem, earumdem quoque
partes ex parte cur admiraret, causis fuit, ut diximus: nam cum animas pro peccatorum,
virtutumve ratione & modo, vel Angelorum consequi dignitatem, vel craftioribus ho-
minum, Daemonumve corporibus adnecti, & perpetua utentes arbitrii libertate, iterum
iterumque vel recte vel male agere posse crederet, necessaria argumentorum consequen-
tia adducebatur, ut animas hominum iterum iterumque subire posse fatetur homi-
num corpora vel Daemonum. Atque illa est tam decantata, toties explosa Origenis
concupiscentiae, quasi dieas, *Transincorroratio*; quæ & *usq[ue] u[er]o* appellari potest, quod redde-
re queas, *Transanimatio*. Pilchrel dogmatis utriusque connexionem vidit Gregorius
Nyssenus apud Iustinianum in Epistola ad Menam Patriarchem, & in Origene reprehendi.
Quemadmodum autem dupliciter vox ista, *usq[ue] u[er]o*, vulgo usurpatur, vel pro
transitu anime ex humano corpore in humanum corpus; vel pro migratione anime ex
humano corpore in plantæ corpus vel pecudis, quam propugnavit Pythagoras, quamque
peculiarib[us] libello Iamblichus confutavit: ita juxta Origenianam doctrinam distingueda
est migratio anime ratione prædictæ à celesti, vel humano, vel demonico corpore in pe-
cudis corpus, & viceversa; à migratione anime rationalis qua corpora inter celestia, hu-
mana, & Daemonica, citra belluina, aliave qualibet perficitur. Atque hanc posteriorem
tuitum esse Origenem, ut pote ex eius aptam principiis, negari non potest. Vnde Anony-
mus Photi Cod. 117. culpatum cum referat, quod dixerit: *on[us] n[on] corrip[er]it lux, n[on] adiu-
bit servitorum animam, ipsam Adami animam fru[stra]f[er]e*: quod ita accipio, quæ fuerat Adami anima,
eam in corpus Servitorum multis post seculis transisse. Vnde & Theophilus Origenem di-
xit: *aut hominem crebrius mori; quod non aliter intelligo, quam animas sapientiæ numero &*
corporibus in corpora transire, & metu[m] mortali[m].

XVIII. Verum priorem quoque ~~utrum~~ ^{Pythagorica}, quæ Pythagorica est, tenuisse illum Veteres multi vociferantur. Crimini id ipsi datum fuisse narrans Pamphilus in Apologia, & saepe laudatus Anonymus Photij. Hieronymus cuius verba supra recitavimus ex Epist. 59. ad Avit. cap. 1, 2, & 4, & libr. 2. Apolog. adv. Rufin. cap. 4., Origenem incelsit erroris eiusdem nomine, quem libro 1. ~~et~~ ^{ad} ^{apog.} haberi dicit. Loca ipsa Origenis descripsit Iustinianus ad calcem Epistola ad Menam, quæ cum in his libris hodie non compareant, verisimile est à Rufino fuisse suppressa. Pepercit nomini Origenis Philastrius, rem ipsam tetigit, atque hoc argumento confutavit, quod anima postquam corpore soluta est, in locum statutum deducatur ab Angelo, ut pro meritis suis exornetur.

XIX. Recte quidem accusationi sua consuluit Iustinianus, cum Origenis verba ipsa descriptis, quibus absurdum illud & impium dogma continetur; tam frequentibus quippe & apertis testimoniosis alibi repudiavit illud Adamantius, & damnavit, vix ut in animum inducere possim, hominem, non iam dico summa florentem eruditio[n]e & ingenio, sed non vacordem omnino & insinuant, tam repugnantia sibi & contraria uno codemque ore pronuntiasse. In hoc ipso quippe, quod laudat Iustinianus, operc De principiis, libr. i. cap. ultimo, ita differit: *Illa sane nos nequamquam recipienda censumus, que & a quibusdam superfluo vel requiri vel adstrui solent, idest, quod anime in tantum sui decessum veniant, ut nature rationalis ac dignitatis oblite etiam in ordinem irrationalium animalium, vel bestiarum, vel pecudum devobuantur.* Reliquo studio brevitatis pratermitto, quæ tamen ad rem faciunt. Et libr. i. De resurrectione, quem locum exhibet Pamphilus: *sed sic ut, inquit, non est putandum quod animalium corpus accepturus sit peccator, aut volucrunc, aut piscium; sic neque Solis, aut Lune, aut Stellarum formam per- F randum est accipere eos qui resurgent in gloria; sed exempli causa dicta hec ab Apostolo sentiendum est, ut designetur per hec, quod alijs pro meritis suis honorabiliores & clariores erant, bestiora quoque habita- cula sorituri: aliorum vero indignissimus & abjectissimus pro gestorum scelere erit status, qui etiam multis animalibus dignus sit comparari.* Quæ si quis à Rufino vel perversa vel inserta cauisset, quid adversus illud exciperet libr. 4. contr. Cels. ei d[icitur] l[et]o εργονούς (κέλσος) τι αγοράντι ψυχή εἰς ανίων ισθμόν ζωῆν, ηγ[ε]ρη προφετείαν δεῖ εἰς οὐρανόν, ηγ[ε]ρη τὴν αἴρεσθαι ἀνθρώπον, σὺν αὐτῷ σημεῖον τὸ θεάτρον εἰς θεάτρον προσδοκοῦντο μέντοι. Ηγέρη προφετείαν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς θεάτρον προσδοκεῖται. Quod si intellexisset (Celsus) quid sequatur animam in aeterna futura vita, & quid sit sentiendum de ejus substantia & principijs, non ita sue cillasset immortalem in mortale

Avenientem corpus, non iuxta Platonis usitatorum, sed iuxta alium quamdam sublimiorem contemplationem. Scriptionis ejusdem contra Celsum libr. 5, Christianos reiicere tradit*μεταράσσειν* τοις ψυχής μεταπομπήν μετέστη. Sed aleverantius liber. 8, *ιδεαμένος μόριον λεγοντες μετατροπήν* την ψυχήν, καὶ γενικάντες αντί μέρεα την άλλον εἶδον, οὐδέποτε εἴδοτε πειθούρα, καὶ αποχέπειν τοις φύσεις, εἰ λέγουσιν την οὐρανόν. Nullo modo scilicet dientes migrationem anima fieri de corpore in corpora, & defensionum ipsius usque ad brutis pecudes; nimisrum non ita ut Pythagoras, etiam si abstineamus aliquando ab animalibus, ipsorum carnis non utemur. Et liber. 5, in Epist. ad Rom. Sed haec Basilides non advertens de lege naturali debere intelligi ad ineptas & impias fabulas sermonem Apostolicum traxit in Pythagoricam dogmat, idest quod anima in alia atque alia corpora transfundatur, ex hoc Apostoli dicto conatur adstricere. Dixit enim, inquit, *Apostolus*, quia ego vivebam *μετατροπήν* fine legi aliquando; & cetera, qua Lectori diligenter consulenda reliquo. Paulini hujus loci pravam interpretationem, & ad Pythagorica*μετατροπήν* confirmationem accommodatam damnat iterum libr. 6. in Epist. ad Rom. Idem libro De Proverbij Salomonis, & Tom. 7. in Matth. (qua testimonia jacent in Apologia Pamphili) & Tom. 11. in Matth. p. 228, & 259, Scripturis sanctis & Ecclesiastice fidei contraria esse afferit*μετατροπήν*. Fuse quoque id argumentum prosequitur Tom. 6. in Iohann. p. 104. disquisire an in Iohannis corpus Elias anima migraverit; eoque etiam copiosius Tom. 13. in Matth. p. 303, 304, & sequentibus, tandem ventilans questionem, hac ratione*μετατροπήν* oppugnat, mundum nusquam interitum, si anima propter peccata corpora subeant: id enim sit, cum semper pro arbitrio sui libertate peccare possint anima, semper corpora substitutas; semper igitur adfutura corpora; mundum ergo numquam peritum: quod si prodentibus facultatis anime subinde aliqua peccato immunes, corporis vinculis amplius non egent, post diuturnum annorum curriculum, imminuto magis magisque animarum numero, ad perpaucas animas redactum iri mundum; quibus perfectionem consecutis, defitumus tandem, praे animarum quae corpora subeant inopia; quod refragatur Scriptura docenti plurimos in mundo futuros mortales, cum Filius hominis adveniet. Pariter utitur ratiocinatione Homil. 2. in Cantic. Cant. Nunc aequus Lector existimet, tot tamque claris testimoniosis*μετατροπήν* obterentibus majorne adhibenda sit fides, an iis quæ allegant Hieronymus & Iustiniianus eandem adstruerentibus.

Verumtamen aliis quoque prefadiis Adamantii causam fulcire possumus, velut ea sunt
D quæ nobis Pamphilus subministra, verba hac Origeni falso adscripta fuisse dicens, quæ
non ex sua, sed ex adversari persona protulerat, & dissertationem præterea suam his
verbis conclusisse: *Sed hæc quantum ad nos pertinet, non sunt dogmata, sed discussionis gratia dicta sint,*
& abhiciuntur. Pro eo autem solo dicta sunt, ne videatur quæstio motu non esse discussa. Quæ repetit
etiam Hieronymus & agnoscit Epist. 59, ad Avit. cap. i. Prodest illud insuper ad defensio-
nem Origenis, quod scriptum ab eo est Tom. II. in Matth. p. 259, admittendam ~~veritatem~~
~~negationem~~, si per eam anima ita intelligatur mutari & converti, ut vel depravatis moribus, &
voluntate, non natura pecudi similis evadat; vel virtutibus ac pietate rursum rationis
compos fieri videatur. Eadem inest sententia loco alteri è libro De Proverbis Salomonis,
quem Pamphilus Apologia sua intexit. Id non solum & illius commercio - Pt. I. q. 1.

E Har. 120. Quod ipsum prolixius & elegans disserit Gregorius Nyssenus in commemorata superioris disputatione, quam Epistola sua ad Menam Iustinianus inseruit. Nec aliter de hac Metensomatosis, qua anima in belluarum corpora transire dicuntur, sensisse Originem eo mihi sit verisimilius, quod haec ipsa fuit Platonicorum nonnullorum Metempsychosis. Auctorem damus Nemestium, cap. 2. εἰσῆλθεν δὲ, inquit, πάτερ Θεοῦ
καὶ, ἡ δράσις, ἡ ἀρπαγὴ τοῦ ψυχᾶς, λύκος ἐλεύθερος μετατρέψαντος τὸν ἄνθρακα τὸν τοῦ Λύκου, ὅπου τὸν τοῦ Λύκου αὐταρχόμενον στάσατο, εἰ μὴ κινεῖται τοῖς λεοντοῖς καὶ τοῖς λύκοις, νοῦ τοῦ δύνατος, οὗ τοξικῶς τοὺς εἰρηκένας θέρασσας, τὸν δῆλον τοῦ Λύκου παρεπιδιδόντος. Ετοιχος : ιδειλικὴ δὲ τὸ εὐαγγέλιον τούτοις δράσιν, κατὰ διδοῦ Λύκον ψυχὴν εἰδοῦσαν λέγει. γέγραπτο γοῦν αὐτὸς μονοθεῖος θεός φαντασίᾳ, ὅτι τοις αὐτοῖς αἴσθησιν εἰς ἀλλοιαν λέγοντος εἰς αἴσθησιν τοις μετανομασθεός γενοντος, ἀλλὰ διπλά ζωῶν εἰς Λύκα, καὶ διπλά μεθεργοτον εἰς αἴσθησιν· καὶ μοι δοκεῖ μάλιστα εἶναι τοις τούτοις καθεστοσκόποῖς μη μόνον εἰς πλάτερον γνώμην, αλλὰ καὶ τὸ ἀλιθεῖαν εἰπεῖν. Cum enim dixerit Plato iracundas, & furiosas, & rapaces animas, luporum & leonum corpora induens, qui vero intemperanter vivissent, apnotum, aut aliorum ejusmodi corpora assumere; nonnulli proprie intellexerunt leones, & λόπον, & αἴσους: aliis vero figurate haec ipsam dicuisse iudicarunt, mores per animalia indicantem. Et mox : Iamblichus vero his convarianum decorrens viam, pro animalium specie, anima speciem esse dicit, species nimisram differente. Ab eo ergo scriptus est liber singularis ita inscriptus. Migrations animalium non fieri ex hominibus in bruta, neque a brutis animalibus in homines, sed ab animalibus in animalia, & ab hominibus in homines. Ac mihi videtur illae praeliques optime affectus non Platoni sententiam modo, sed etiam sensus.

XX. Animarum itaque ~~de~~ ^{de} ~~et~~ ^{et} rapēt cum à Platone accepisset Origenes. ipsarum quo-